duntur enim hoc modo, ſæpius imperiti iudices in fra q.49. uerſ. hæc autem omnia, ad finẽ, & nec ad petitionem Indiciorum, dicat copiam retardare, donec factis probationibus, quia in hoc iudex nõ cautè, nec benè procederet, ad Crauettam in pulchro caſu, conſilio 25. ſub numero quarto, uerſiculo Quinto ſatis, Boſſ. titulo de mandat. ad homicid. ſub numero uigeſimoſeptimo, cum ſequent. de iure communi in danda copia proceſſus Capy-

tamen, & ſeq. Sed certè mirum eſt, quòd Doctores adeò variè loquantur in hoc propoſito. Si enim ſecundum magis communem opin. creditur iudici aſſerenti famam eſſe contra aliquem, nec tenetur aliter de ea parti fidem facere, vt dixi in d. q. 3. verſic. fama publica, non video ego, quomodo ſit danda eius copia h *reo petenti, præſertim cum ex conſuetudine generali iudex poſſit etiam non præcedente infamia inquirere, vt ſupra dixi.*

Et ideò dicit Angel. in loco præallegato, quod Peruſij hoc non ſeruant de conſuetudine, ex quo ibi ſecundum formam ſtatutorum poteſt de omni crimine inquiri. Dic ergo, quod cum ex generali conſuetudine non ſeruetur, vt prius aſſumantur indicia ſuper fama, deinde ſuper crimine, ſed omnia eodem contextu recipiantur, iudex circa copiam diffamationis dandam, vel denegandã reo inquiſito, debet obſeruare ea, quæ generaliter dicta sũt de copia indicior. q.46.

cius dec.74. ubi diſtinguit utrum procedatur ex officio, an ad inſtantiã partis; rarò tamen, uel nunquã utimur iure communi in tali caſu, ſed procedimus ſecundum ſtatuta, & conſuetudines: uide, quæ dixi infra quæſtione 14. uerſiculo tertius eſt caſus. *Drogh.*

h *Copia reo petenti.*] Adde quomodo intelligatur, quando dicitur, quod non datur copia, per Afflict. deciſio. 391. *Gaith.*

QVAEST. VII.

Denunciationem aperire viam Iudici ad inquirendum.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Denunciationem aperire viam indici ad inquireudum.*
2 *Denunciare quit poſſit. & nu. 7.*
3 *Dictum denunciantis an ſufficiat ad inquirendum.*
4 *Officiales quomodo cnnſtituantur ad denunciandum delicta.*
5 *Et an poſſint denunciare etiam delicta non notoria.*
6 *Et an teneantur denunciare etiam maleficia, quæ ſunt de iure impunita.*
7 *Denunciare an cuicnnque liceat.*
8 *Monachus an poſſit denuciare.*
9 *Laicus an poſſit denunciare clericum de crimine.*
10 *Denunciationis forma quæ ſit.*
11 Et *an ſint ſeruaadæ ſolmniatataes iuris.*
12 *Denuciator, qui non probat contenta in denucitione, an ſit in expenſis condemnandus.*

Ex Additionibus.

1 *Accuſator, officialis, ſaltuarius, aut cãparius nequeunt iurare in quibus eis non creditur.*
Denunciatio *an ſufficiat ad inquirendum, remiſſiuè, numero eod.*
Accuſator iurat ſuper quantitate rei furatæ, & de poſitæ numero eodem.
Denunciantis dictum an faciat plenam fidem, nu. eod.
2 *Et an ſit ei credẽdũ, quod fuerit ab alio imped. tus, vel verberatus.*
Denunciator querelans, & accuſator, an & quando poſſint eſſe teſtes, num. eod.
3 *Denunciantes ex officio, ſi ob pecuniã crimina celant, ſimoniam committunt.*
4 *Syndicus tenetur ſe ipſum delinquentem deferre.*
5 Et *an poſſit recipi in teſtem remiſſiuè.*
6 Et *quæ exceptiones contra eum apponi poſſint, remiſſiue.*
7 *Et falſum denuncians qua pœna ſit plectendus, remiſſiue.*
8 Et *an debeat conſequi partem accuſatoris vigore banni, remiſſiue.*
9 Et *quid ſi præuentus ab offenſo, vel alio non denunciauerit, remiſſiue.*
10 *Syndicus intra tempus faciendæ denunciationis remotus tenetur nihilominus denunciare delictum.*
11 *Et ſtante termino quattuor dierum ad denunciandum, an incurrat pœnam, ſi vulnus intra id tempus nõ denuncians, mortem inde ſequutam intra alios quattuor dies denunciauerit.*
12 *Syndicus non tenetur denunciare delicta extra territorium commiſſa.*
Delictum ſi committitur in loco communi duarum villarũ, quis teneatur denunciare, num. eod.
De nunciãs vti priuatus, creatus exinde publicus nõ tenetur amplius denunciare, nu. eod.
13 *Denunciare delicta an cuilibet liceat.*
14 *Denunciator falſus, an, & quando cõdemnetur in expenſis, vel aliter.*

ADDITIONES.

Ad Quæſt. VII.

a *AD citationẽ, neque ad capturam.*] Fallit tamen, vt infra q. 28. verſ. Scias autem, ad fin. vbi detinentur rei ante indicia ſcripta, nõ ut ſint, recepti inter Reos, ſed cauſa cuſtodiæ. *Drog.*

b *Habes igitur.*) Far. tit. de indit. vol. 2. q. 52. num. 167. *Roſ.*

c *Ideſt ad recipiendũ indicia contra eum.*) Adde infra q.21. uerſic. Retenta igitur, ibi, ad inquirendum, ideſt ad aſſumẽdum. *Drog.*

d *Licet in hoc ultimo conſuetudo.*] Stantibus tamen Decretis, & ordinibus, de quibus dixi ſupra ad q.4. uerſ. Quandò verò: Vtrnm hoc habeat locum? dicam infra in calce præſentium Additionum ſuper dicto Decreto. Nota ergo cautelam, in qua habes unicum tantum teſtem de maleficio affirmantem, ut non permittas illum querelare, ſed informes ſindicũ, qui denunciet, nominet autẽ teſtem illum unicum: ſic quando nulli ſunt teſtes, niſi complices, & criminis ſocij, quomodo ſit procedendum ultra practicam, quòd eorum dicta ſuſtineantur in tormentis, uide Alex. conſil.30. num. 11. cum ſeq. uol.6. uide ſup. q. 3. uerſ. ſed certè ibi, & Aduocati, & ſindici fiſcales. *Drog.*

e *Et tunc ipſe teſtificatur.*) Farin. ibidem, nu. 175. *Roſ.*

i *Aut verò non deponit.*) Vulpell. conſil. 44. num. 3. qui loquitur ex dicto offenſorum. *Roſ.*

Benè

QVÆST. VII.

DIctum eſt ſupra quæſt. 5. verſicul. Scias etiã multos eße caſus, in quib. poteſt Iudex ex officio procedere, etiamſi nulla partis accuſatio, vel querela præcedat: Dictumque eſt etiam ſupra quæſtione proxima, diffamationem inter cetera operari, vt Iudex contra diffa-
1 *matum inquirere poſſit. Nũc ſcias alium etiam eſſe modũ, per quem aperitur via Iudici ad inquirẽdum, ſcilicet ſi facta ſit denunci atio apud acta, quod aliquis maleficiũ aliquod commiſerit. Et in hoc propoſito ego omitto ea omnia, quæ de iure canonico dicuntur de materia denunciationis, de quibus dixi infra libro ſeptimo, §. Denunciatio. Sed tantummodò loquor de illis denunciationibus, ſuper quibus ſolet criminaliter procedi. Et in hoc debes aduertere, quia licet aliqui dicant, quod iſte modus procedendi, ſicut alij, & Boſſ. in titulo de denuncia. numer. 1. affirmat, quòd ita dicunt omnes Doct. nihilominus re uera modus procedendi per denunciationem, non eſt modus ſeparatus ab inquiſitione. Nam denunciatio nihil aliud operatur, niſi quod ſuccedit loco diffamationis, vt querelæ, & ſic aperit viam Iudici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod aliàs de iure non poßet, non præcedente querela, vel diffamat ione, vt ſæpè ſupra dictnm eſt; adeò quod ita dicitur procedere Iudex ex officio, quando præcedit ſola denunciatio, ſicut quando præcedit ſola diffamatio. Et ideò facta denũciatione, Iudex ſuper ea aſſumit informationes, & indicia: & eis aſſumptis, format libellum, ſiue Inquiſitionem, in qua narrat, quomodo propter denunciationem datam per talem officialem intendit ex officio procedere contra, &c. Et ita communiter ſeruatur in practica, teſte Pract. Papienſ. in forma Inquiſitionis, in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, poſt numer. 38. Et ita etiam quotidie eſſe in vſu atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, numero 2. Quæ omnia intelligo tam in denũciat. quæ fit ex neceſſitate officij, quàm in ea, quæ fit ab alio non exercente officium, vt ſtatim dicam.*

2 *Quæro igitur pro intelligentia terminorum, quis poſſit denunciare. Reſpond. Bartol. in leg. diuus, nu. 7. ff. de cuſto. reor. dicit, quòd qui prohibetur accuſare, eſt etiam prohibita denunciare. Sed hæc opin. Bartol communiter in practica non ſeruatur: nam iſti offici ales, qui conſtituuntur ad denunciandum, vt plurimum, ſunt perſona pauperes & viles, & quandoque etiam infames: & tamen admittuntur, & ſuper eorum denuncij proceditur ad inquiſitionem. Et ita communiter obſeruari atteſtatur Ang. de malef. in Glo. nec non & ad denunciationem, numer. 4. quem refert Cardi. Alex. in d. cap. de accuſatione, col. 65. in fin. verſic. ſecundo quæro, 2. quæſt. 8. & Mari. in repet. cap. qualiter, & quando, n. 81. & pract. Conradi, fol. 236. num. 9. Et re vera ridiculum eſſet in practica, ſi quis vellet aliquam exceptionem proponere contra perſonas huiuſmodi antianorum, ſiue conſulum, qui delicta denunciant.*

Tu igitur dic, quòd aut agitur de delicto, ſuper quo ex forma ſtatutorum, vel conſuetudinis non poteſt procedi, niſi ad inſtantiam partis: & tunc rectè procedit opin. Bart. vt qui non poteſt accuſare, ſue querelare, non poſſit etiã denunciare: alias fieret fraus legi, ſi ille, qui non poſſet accuſare, admitteretur ad denunciandum. Faciunt quæ dixi infra q. 10. verſ. ſcias autem. Aut verò agitur de delicto pro quo poteſt iudex procedere ex officio, & ſic per viam inquiſitionis, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, & tunc quilibet admittitur ad denunciandum; & ita procedit allegata conſuetudo hic, ſiue iſte dennnciet motu proprio, ſiue ex neceſſitate officij; quicquid diſtinguat Ang. in loco præall. cuius opi. in pract. non ſeruatur, & meritò. Publicè enim intereſt delicta ad magiſtratuum notitiam quomodocunq. peruenire, ne impunita remaneant, & talis denunciatio modici eſt momenti: quia cum nihil aliud operetur, niſi quòd aperit viam iudici ad inquirendum nõ poteſt ſuper ipſa denunciatione iudex contra aliquem procedere ad a *citation ẽ, neq; ad capturam, niſi prius habitis cõtra eum legitimis indicijs, ſiue informationibus, vt inferius dicemus.*

Habes b *igitur, quod dictũ denun ciantis maleficiũ ſufficit ad inquirendum. Et hanc dicit eſſe communem concluſionem Boſſ. in titul. de dennnciatione, poſt nu. 2. quã tamen intellige, vt procedat, quòd ad inquirendum, ideſt ad recipiendum indicia, ſiue informationes, contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione, vt ſtatim dixi: Si verò intelligamus ad inquirendum, id eſt, tranſmittendam inquiſitionem contra eum, qui de ipſo delicto imputatur, tunc eſt diſtinguendum: nam aut talis dennnciatio fit per ipſam partem offenſam, & non ſufficit, etiamſi ipſe denuncians ex vulnere moriatur, & ipſa denunciatione vſque ad mortem perſeueret,* d *licet in hoc vltimo: Conſuetudo contrarium obſeruet, vt dixi infra quæſtione vigeſimaprima, verſic. aſſertio vulnerati. Aut fit per tertiam perſonam priuatam: & pariter non ſufficit, quia ipſe videtur in tali denunciatione fungi vice accuſatoris. Et ideò ſuper eius denunciatione, etiã iurata, nõ poteſt vllum fieri fundamentum, etiamſi deponat de vſu. Et in hoc nullus eſt, qui dubitet. Aut verò fit per ſyndicum, ſiue officialem deputatum auctoritate publica ad huiuſmodi denunciationes faciendas: Et tunc, aut ipſe teſtificatur cum iuramento ucra eſſe ea, quæ denunciat, & reddi cauſam ſcientiæ: & eo caſu facit fidem, prout alius teſtis, qui ſuper ipſo delicto deponeret: & poteſt ſuper eius dicto formari inquiſitio. Aut verò nõ deponit ipſe ſuper delicto, ſed dicit alios eſſe informatos: & tunc eius dictũ nihil operatur, niſi quia (vt dixi) aperit viã Iudici, ad inquirendũ, et non poteſt ſu-*

per eo procedi, niſi legitima adſint indicia. Et ita obſeruat communis pract. [g] Benè verum eſt, quòd ſi huiuſmodi denunciator fuiſſet duputatus non modo ad denunciandum, [h] ſed etiam ad cuſtodiendum, puta, agros, vel paſſus; vel ad capiendum, puta fraudantes gabellas, vel deferentes arma, vel ſimilia, tunc ei daretur plena fides non modò ad inquiſitionem formandã, ſed etiam ad condemnãdum, niſi denunciatus probaret ſuam innocentiam. Et hoc propter iuramentum, ꝙ tales officiales præſtant in principio officij ſui. Et ita de conſuetudine obſeruatur, vt dicit Grand. in tit. quomodo malef. cogn. per denunciat. poſt numer. 4. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in uerbo, Nec non & ad denunciationem, poſt n.6. Sed hoc intellige, vt procedat in cauſis, ſeu [k] delictis leuibus: Ceterum in cauſis grauibus, & in quibus ingeritur pœna corporalis, non credo, ꝙ talis denũciator habetur pro integro teſte. Sunt enim, vt plurimũ viles perſonæ, & infames, ſcilicet Beruarij, vel ſimiles, quos Mediolani Borlandettos appellamus. Et ideò non putarẽ eis, tãquã omni exceptione maioribus, plenam fidem adhibendam, niſi aliæ circumſtantiæ iudicis animum mouerent.

4 Scias autẽ, quòd antiquis temporibus magiſtratus deputabãt officiales, qui eis delicta denunciarent: hodie verò conſtituuntur ſyndici per parochias, ſiue caſtra, qui ſunt, tanquam officiales cõſtituti ad denunciandum delicta. Et ita hodie communiter ſeruatur per Italiam, vt dicit Marian. in d. c. qualiter, & quando, num. 29.

5 Sciat etiã, ꝙ de iure huiuſmodi officiales ſecundum aliquos non poſſunt denunciare, niſi delicta notoria. Et ita tenent communiter Canon. vt dicit Car. Alex. in c. de accuſatione, col. 67. verſ. Quæro, an maleficia, 2. q. 8. Ita tenẽt cõmmuniter teneri atteſtatur Marian. in d. c. qualiter, & quando, poſt nu. 179. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine. nam tales ſyndici non modo poſſunt denunciare etiã delicta occulta, & non notoria, imò ex neceſſitate eorum officij tenentur ea denunciare ſub pœna in ſtatutis ciuitatum, uel locorum expreſſa. Et hoc etiam admittit ſtylus Curiarum Eccleſiaſticarum, vt atteſtatur Diaz in practi. crim. canon. cap. 6. quem refert Practica Conradi, folio 235. nu. 5. in fi. niſi fortè delictum eſſet ita occultũ, quod ſyndicus illud non denunciãs excuſari poſſet. Et ita Albe. in 2. part. ſtatut. q. 32. dicit ſæpè obtinuiſſe, ſuper quo in præſentia nihil determino. Benè verum eſt, quòd Senatus de facili excuſat huiuſmodi cõſules, ſiue antianos, propter non factas denunciationes, vbi non poteſt in eis argui dolus, vel lata culpa, puta, ſi fuerit aliquis percuſſus in agris remotis à domibus, & percuſſus rem ipſam conſuli nõ notificauit, prout contigit in loco Caſaleti Laudenſis, & fuerũt homines ipſius loci abſoluti, 12. Aug. 1546. P. N. in alijs etiã pleriſque caſibus ſimilib. ita ſemper vidi per Senatũ iudicari.

6 Sed quæro, nunquid tales ſyndici tenentur denunciare etiam ea maleficia, quæ ſunt de iure inpunita, puta, ſi ſit occiſus bannitus, qui ex forma ſtatuti poſſit impunè offendi, vel huiuſmodi? Reſp. quòd ſic: nã ad ipſos non pertinet iudicare, an delictũ ſit punibile, vel ne. ita tenet Barto. in l. ſi quæ in graui, §. ſi maritus, ff. ad Syll. & eſt cõmunis opin. vt dicit Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, Nec non & ad denunciationem, num. 7. Et ita in practica obſeruatur. Quinimò ex conſuetudine tenentur denunciare quaſcunque offenſiones, & mortes violentas, etiamſi caſu contigiſſe dicantur, puta, ſi quis in flumine ſubmergatur, vel è tecto

[g] Benè verum eſt.] Et vnam limitationem ponit Plot. in l. ſi quando, C. vnde vi, in quibus accuſatori, ſiue officiali, vel ſaltuario, aut cãpario non creditur, nec poteſt per eum iurari à numer. 755. vſque ad num. 869.

Denunciatio an ſufficiat ad inquirendũ Marcus Brun. de Anguill. conſilio 62. numer. 1. vol. 2. conſ. crim. iurat tamẽ accuſator contra furem, & prædonem ſuper quantitate rei furatæ, & deprædatæ. Far. q. 60. nu. 71.

1 Adde, quòd idem tenet Paris de Put. in tract. ſyndic. in verbo nuncius, §. Iudex, vbi hanc materiam plenè tractauit, &
2 † an eius eredatur, quod ab aliquo fuerint impediti, ne ſibi mandata exequerentur, vel quod fuerint uerberati, vide Tiraquell. de retract. §. 8. gloſ. 9. num. 14. Alciat. de præſumpt. 14. Guid. Pap. deciſ. 557. & 628. Gabriel. in concluſ. ſuis, concluſ. 4. nu. 3. tit. de citat. & quod huiuſmodi denunciator poſſit eſſe teſtis in leuioribus delictis, quando denunciat ex neceſſitate officij ſui, Maſcard. de probat. cõcluſ. 26. nu. 7. vol. 1. & Campeg. de teſt. regul. 103. vbi latè Farin. q. 60. num. 74. 75. & 76. licet ſint, qui dicant denunciatorem non poſſe recipere in teſtem; tamen, & aſſerunt illi procedere, quando iudex ad denunciam procedit, non quando per inquiſitionem, & ideò ſolent cauti aſſeſſores prætuidere, quod quando nõ habent alios teſtes, procedant per inquiſitionem, & examinent illos, quibus creditur; Bartol. in l. Diuus, n. 14. ff. de cuſtod. reor. Caſon. de denũciat. numero 10. proceditque etiam illud, quod dicitur non recipi in denunciatore grauato, qui etiam aſſiſtit denunciæ, & eam probare tenetur, & in locum ſuccedit accuſatoris: nõ in electo à publico, & à Communitate qui non tenetur denunciam probare, nec aſſiſtere denunciationi, quia ille habetur loco Teſtis; Boſſius de denunciation. numero ſecundo, Bald. in terminis, in cap. in omni. col. 2. de teſtibus regulã conſtituit, quod omninò accuſator querelans, & denunciator à teſtificando repellatur; Farinac. in ſuis quæſtion. criminal. quæſt. 60. num. 64. nec facit indicium contra accuſatum, etiamſi fuerit Princeps, & nobiliſſima perſona, nec ad torquendum, nu. 65. etiamſi ſint plures, & vnus tãtummodò tanquam magis idoneus fuerit electus, n. 66. & nedum repellitur, qui accuſationem impetrauit, num. 67 nec famulus de domo accuſantis contra accuſatum, nu. 68. fallit tamen regula in crimine hæreſis, quia denunciator poteſt eſſe teſtis, numero 70. admittitur in cauſa matrimonij cũ declaratione, de qua nu. 72. & 73. ad rem multa infr. q. 10. nu. 8. Baiar.

[h] Sed etiam ad cuſtodiendum.) Intellige credi Campario, ſi eſt ſimpliciter danum; ſin autẽ tranſit factũ nõ in dannum; ſed in aliam ſpeciem delicti tunc nõ creditur, Crauet. conſ. 196. nu. 3. ad fi. & ibidem, nu. 8 circa fin. habetur credi tunc, cum deponitur contra illũ ipſum, qui dãnum dediſſe creditur; quãdo autẽ villa, uel alius quis tenetur pro dãno dato, ſed neſcitur a quo, tunc non creditur, nec etiã ad ſummã per camparium iuratã, vt ibidem. Drog.

[i] Ad condemnaudũ.) Far. ubi ſup. nu. 185. Roſ.

[k] Delictis leuibus.) Farinac. dict. loco, nu. 186. Roſ.

[l] Beruarij, vel ſimiles.) Baiar. hic n. 2. Far. q. 56. n. 2. ar. 11. n. 370. q. 105. n. 150. cũ ſeqq. vol. 4. Roſ.

Beruarij.) Adde videndũ Grat. in cõſ 43. vol. 2. n. 22. vbi tenet, quod Beruarij in teſtes admittũtur, ſi aliàs non patiuntur defectus, ſed nunquã sũt integræ fidei: ad hoc etiã Maſc. de prob. cõcl. 189. & quæ poſui infr. ad q. 8. in uerſ. ſcias tamẽ. Baiar.

[m] Scias autem, quòd antiquis tẽporibus.) Adde,
3 † quòd iſti Officiales ſi ob pecuniam crimina celant, quæ denũciare tenentur, ſymoniam committunt, c. nemo. de ſym. & Luc. de Pen. in l. unic. n. 9. C. de Ire. l. 10. Baiar.

[n] Quinimò ex cõſuetudine.]
4 Adde, † quòd ſyndicatu tenetur ſeipſũ delinquentẽ deferre Catal. in conſil. 52. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. folio 99. quem refert, & ſequitur Menoc. de arbitr. Iudic. caſ. 323. num. 15. & an ſyndicus poſſit recipi in teſtem,
5 † & an poſſit opponi contra eũ; & quæ exceptiones: & an poterit puniri, ſi falſum denunciauerit, &
7 qua † pœna, & an ei debeatur pars accuſatoris,
8 † quæ debetur virtute bannimentorum, vide Salicet. in l. ea quidem. C. de accuſat. & Angel. in l. ſi vacantia, C. de
9 bon. vacantibus, † & quid ſi fuerit præuentus ab offenſo, vel alio, & non denunciauerit, Bal. in l. ſororem, ff. de his quib. vt indignis; Bartol. in l. diuus, la 2. num. 12. ff. de cuſtod. & exhib. reor.

10 Item adde, † ſi ſyndicus, qui habet quatuor dies ad denunciandum interim fuerit remotus, an ſuceſſor, vel ipſe teneatur denunciare, vide Bald. in rubr. extra de conſtit. num. 28. vbi dicit quòd primus tenetur denunciare, & non ſecundus, quia eſt de reliquis officij ſui, & in l. fin. ff. de iuriſdict. om. iud. quẽ ſequitur Gabr. in conſ. 175. in fine, vol. 1.

11 Item adde, † quòd ſyndicus habẽs quatuor dies ad denunciandum, ſi aliquis fuerit vulneratus, qui mortuus eſt infra quatuor dies, non incurrit pœnã ex eo, quod denunciauerit vulnus; ſi infr. alios quatuor dies mortem denunciauerit, Bald. in l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. quem refert, & ſequitur Ioan. Anton. de Nigr. in cap. frequens, num. 32. Ego autem crederem contrarium, quia Iudex non potuit capere informationem à vulnerato; & forſan delictum remaneret impunitum, ſi delinquens ignoraretur, & eo maximè, quia ſyndici in princip. officij ſui iurant ſeruare ſtatuta; & ego ſeruarẽ, ſi curia non ita haberet informationem de delinquente.

12 Item adde, † quòd ſyndicus non tenetur denunciare delicta extra territorium commiſſa, ſed ſolum eam, quæ in territorio committuntur, vt per Gabriel. in conſil. 175. numer. 10. uolum. 1.

decidat plerumque enim hæc, & ſimilia doloſè commiſſa, ſolent caſui imputari, propterea bonum eſt, vt ad notitiam iudicum perueniant, ad effectum, vt rei veritas detegi poſſit, prout ego in facto multoties vidi.

[o] Dixi ſupra, quod non modò officiales ad hoc deputati,
7 ſed etiam alij admittuntur ad denunciadum, quæ res licet fortè de iure communi aliquã habeat difficultatem, tamen de conſuetudine paſſim ſeruatur, quod quilibet accedit ad iudicem, & denunciat iniuriã ſi, vel alteri factam, & iudices de facili procedunt, vt atteſtatur Alber. in d. l. ea quidem, num. 9. ſumptis tamen prius debitis indicijs. Et eſt bona practica, ne aliquo modo delicta impunita pertranſeant.

8 Item quæro, nunquid monachus poſſit denunciare. Reſpond. in forma iudicij non poteſt denunciare, niſi proprium Abbatem: extra iudici aliter autem, & ad pœnitentiam poteſt denunciare quemcunque. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Abb. in cap. ex parte, numer. 6. de accuſ. ſed hoc rarò contingit in practica.

9 Quæro etiam, nunquid laicus admittatur ad denunciandum clericum de crimine. Reſpond. quod regulariter non admittuntur laici ad denunciaandos clericos, prout neq; ad accuſandum, vt dixi infra, q. 14. verſic. propter reuerentiam, eſt tamen ſpeciale in laico parochiano, vt poſſit prælatum ſuum denunciare. Et eſt cõmunis opin. vt atteſtatur Aret. in cap. illam num. 7. de accuſ. Plurimum enim intereſt etiam laicum habere bonos prælatos.

10 [p] Quæro nunc, quæ ſit forma huiuſmodi denunciationis. Reſp. Syndicus, ſeu officialis ad hoc deputans notificat iudici apud acta, die tali commiſſum fuiſſe tale maleficium à Titio, & eſſe de eo informatos Petrum, & Ioannem, &c. Et ita vſus obſeruat, vt dicit Ang. de malef. in loco præalleg. num. 20. quem refert Pract. Conradi, fol. 236. num. 11. Et hoc ſufficit, neq. tenetur denunciator vlterius aliquid facere, ſed relinquit iudici faciendum, cuius partes ſunt ſtatim inquirere de delicto contra nominatum pro delinquente in denunciatione, examinando teſtes in ipſa denunciatione nominatos, & etiã alios à quibus veritas haberi poſſit. Et ideò licet de iure denunciator teneantur probare vera eſſe ea, quæ in ſua denunciatione continentur, vt eſt tex. in d. l. diuus, & in l. ab accuſatione, §. nunciatores. ff. ad Turpil. tamen communis vſus, & practica hoc non admittit, vt dicit Angel. in loco præalleg. Sal. in d. l. ea quidem, num. 23. Marian. in d. c. qualiter & quãdo, num. 179. in fi. Card. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 68. ver. quæro an iſti: ſed ſufficit (vt dixi) quod in cædula denunciationis inſcribi faciant nomina teſtium, qui dicuntur eſſe de contentis in denuncia informati. Hæc autem omnia intellige, vt procedant, quando ad notitiam ipſius denunciantis peruenit nomen delinquentis, & teſtium. Si verò eſt ei occultum, ſufficit quod dicat nomina eorum, a quibus illud intellexit. Et tunc iudex facit citari partem offenſam, vt habeat iudicia, & plerunq. etiam mandat ipſimet denuncianti, vt melius ſe informet, & termino bidui, vel tridui veniat de omnibus informatus, & curiæ referat.

11 Vlterius quæro, nunquid in huiuſmodi denũciationibus ſeruandæ ſint ſolennitates iuris. Reſp. Lucas de Penna in rubr. de delator. col. 2. ver. item dicunt aliqui, lib. 10. dicit, quod etiam denunciator tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis; ſubdens, quòd ita hodie de conſuetudine obſeruatur, prout illum refert Carauita ſuper ritu 68. magnæ curię, num. 11. cum tamen re vera loquatur in delatore, prout eum fideliter refert Gram. ſuper conſt. Regni, fol. 63. num. 45. Sed Ang. in d. l. ea quidem, num. 3. dicit, quòd imò denuncians non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, ſed in alijs ſolemnitatibus, quæ requiruntur in libello accu-

* Item adde ſi committitur aliquod delictum in confinibus duarũ villarum, & ſic in loco cõmuni dictarum villarum vterque ſindicus, ſiue denunciator tenetur denunciare: ſed tamen ſufficit, ſi vnus denunciet, ſi autem neuter denunciaret, vterq; puniretur, Bal. in l. 2. C. vbi de crim. agi oport. & Præpoſit. in cap. de accuſatione, numer. 183. 2. q. 8.

* Item adde ſi Titius denunciauit delictum, vt quilibet priuatus, & poſtea fuit creatus ſindicus non tenetur amplius denunciare vti ſindicus, Bald. & Imol. in l. ſi quis hæres, de iniuſtit. rup. irritoque teſtam. & Præpoſit. in capit. accuſatione, numer. 186. 2. q. 8. Baiard.

[o] Dixi ſupra, quod non modo officiales.]
13 Adde, † quod de iure ciuili non poſſunt denunciare, niſi deputati ad denunciandum, ſed de iure canonico, quilibet dũmodo non ſit infamis, vel inimicus, aut conſpirator, vel vilis perſona, Iodoc. in pract. ſua criminali, c. 7. Baiard.

[p] Quæro nunc, quæ ſit forma.] Adde infra quæſt. 23. in prnc. Quid autem ſi vno, eodemque tempore conſtituti ſint duo ſindici ad denunciandum, inſolidum, ſi neuter ipſorum denunciauit, & vnus tantum ſoluerit pœnam ob denunciam non factam, an liberet alium? Quòd ſic Iaſ. in §. pęnales, nu. 24. Inſtit. de act. & inquantum dixit ſupra verſicul. Sciastamen, quòd tales ſindici excuſantur, vbi contra eos non poteſt argui dolus: Adde contrarium fore de iure verum etiam in ſola negligentia ſine dolo, per ea, quæ dixit Fel. in c. ad audientiam, el ſecondo coll. mihi 12. ver. limitaretur tamen, ext. de reſcript. In occultis tamẽ excuſãtur.

Idem